

Joachim Schönermarck

**Programma, Quo, Rector Academiae Rostochiensis, Joachimus Schonermarch  
Iurisconsultus & P. P. ad exequias; Quas ... virgini Margaretae Eleriae  
moestissimi Parentes hodie hora duodecima in templo Mariano, paratas cupiunt,  
Omnes ordinum Cives Academiae amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751427802>

Druck    Freier  Zugang



Schonermarch, J.,

in

M. Eler.

Rost. 1625.

19.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn751427802/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751427802/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA,  
Quo,  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
JOACHIMUS SCHONERMARCH  
Jurisconsultus & P. P.  
ad exequias;  
Quas  
Pia & castissima virginis  
MARGARETAE  
ELERIAE,  
mœstissimi Parentes  
hodie hora duodecima in templo Mariano,  
paratas cupiunt,  
Omnes ordinum Cives Aca-  
demiae amanter invitati.



ROSTOCHI,  
Excudebat Joachimus Pedanus Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XXV.

PROGRAMA  
SCHOLASTICUM  
JANUARII  
ACADEMIAE  
JOACHIMI SCHONERI MAGNEN

[recte consuetus est P.R.]

ad credidisse

GENES

PER Q[ui]D[em] C[on]S[ider]A[ti]O[ne]M[od]I[us]

MARGARETA  
ELERIA

MOEFUSIUS P[ro]F[essor]ES

POETICAE CHORALIA IN TERRIS VENETIIS  
P[er]V[er]B[um] M[od]I[us]

OBSES ORDINUM CIVICIS AC-

quatuor TRIBUNATI MINISTERI



ROSTOCI

EXEMPLARIS FONCIARIAE LIBRARIAE ROSTOCENSIS  
ANNON. DC. LXX.





RECTOR

Academiae Rostochiensis,

JOACHIMUS  
SCHONERMARCH,  
Jurisconsultus & Prof. P.



Uoties custodiam illam,  
qua eruta ac refossa se-  
pulchris, cute carnibusq;  
nudata prorsus, & acer-  
vatim congesta mortuo-  
rum ossa servantur, σκελε-

τφυλάκιον aspicimus & co-  
gitamus; aspicere autem debemus sæpè,  
cogitare semper; toties speculum quod-  
dam salutiferum nobis adhuc in vita ma-  
nentibus propositum sciamus: in quo cum  
nos metipsos probè fuerimus contemplati  
cogitemus non aliud esse, quam sumus, vi-  
lissimum pulverem & ossa arida: atque id-

A 2

circò

circō ex animis omnem fastum superbiam  
que funditus excludamus , pravissimas  
peccandi consuetudines deferamus, pœni-  
tentiam agamus , & fide in Christum, qui  
peccata nostra omnia abluit sanguine suo,  
mores nostros ad divinorum præcepto-  
rum sanctitatem accommodare atque di-  
rigere contendamus. Sed ô nos miseris,  
quorum pectora duris genuit cautibus  
horrens Caucasus ! Quotus ferè quisque  
est , qui, coemiterium transiens, ossuarium  
inspiciat, sibiq; suæ sortis in memoriam re-  
vocet ? Quis enim calvariam intuens, si  
tamen intueatur , ita secum deliberat ? En-  
tibi calvariam illam : caret pelle, caret ca-  
pillum, caret etiam carnibus, caret di-  
gnitate omni: nasus extremus decidit, ut  
toramen pateat fœdissimum : oculorum  
loco sunt dux cavernæ profundæ admo-  
dum ; os ringitur: dentes partim amissi,  
partim, quos ostenter, pauci. Hem , ubi  
nunc coloris mira suavitas? ubi labella pur-  
purea? ubi decora & nigra supercilia? ubi  
oculi

oculi ludibundi, stellarum instar fulgentissimi? ubi frons explicatissima? nusquam video, magna qui vivis crispantur industria, crines: non apparent cincinnuli: non inaures: nihil hic nisi nudum & informe os video. Dicite vero vos ossa, cuius estis? divitis an pauperis, nobilis an ignobilis, clari an obscuri, eruditus an ineruditus, Regis an bajuli, Pontificis an carnificis? O vanitas vanitatum, & omnia vanitas! Doce me Jehova, vitam meam sic metiri, ut mentem acquiram sapientem. Quis haec aut id genus similia cogitat? Deus ergo, justus ille ac misericors Deus, ut nos cogat in cogitationem tandem nostrae mortalitatis venire nolentes volentes, funera nobis frequentiora proponit atque ob oculos statuit. Elata fuit a.d. 27. Augusti mensis jam e-laphi virgo ANNA ELERIA. Hodie soror eius germana MARGARETA; ijsdem parentibus & majoribus, quibus p. m. ANNA, edita, efferetur, virguncula pia & optima indole, JOACHIMI ELERS

A 3

civis

civis hujus urbis spectatissimi, Dn. NICOLAUS ELEERS p. m. Senatoris item hujus  
urbis amplissimi & de eadem rebus ipsius  
dubijs optimè meriti, & GESAE VVOL-  
TERSTORFS filij) & MARGARETAE  
VVESSELS, (Patre M. LAURENTIO  
VVESSELIO, primum almæ hujus nostræ  
Universitat's Professore, deinde Superin-  
tendente Ecclesiæ, quæ in Insula Femaria  
Christo colligitur, tandemq; in vicina urbe  
VVismaria, inter Anseaticas & Vandalicas  
non postrema, Pastore vigilantissimo, &  
matre, ornatissima ANNA SMEDES,  
proslatæ) Filia. Major fuit ANNA natu-  
& ut hanc ætate, sic etiam hinc abitione  
præcessit. Sed quot dies? totos septem.  
O vita fallax! o vita fugax! Attendite quot-  
quot in diem vivitis, non aliter, ac si vobis  
cum morte paetum intercederet, cum Sa-  
thana pax! Pia hæc virgo duodecimo ætatis  
anno (A. C. n. 1613. die Michaëlin hæc luce  
venit) abrepta est, cœflos succisus aratro.  
Quid illis fiet, qui sine Deo, sine pietate, sine  
vere-

verecundia vitā hīc degunt, sponsi Penelopes,  
nebulones, Alcinoiq; , in cūte curanda plus aquo o-  
perata, juventus: cui pulchrum fuit in medios dor-  
mire dies, & ad strepitum citharæ cessatum duce-  
recuras. Infictum autem esse cordibus op-  
timorum parentum morte hujus filiæ alte-  
ra gravissimum quoque vulnus nulli dubi-  
tamus, tantoque gravius priore, quantò  
hoc est recentius. Attamen & ipsi non lu-  
gebunt, tanquam Ethnici. Certi enim  
sunt cum D. Cypriano, pios ad immorta-  
litatem morte transgredi: nec posse vitam  
æternam succedere, nisi hinc contigerit  
exire: nec esse exitum sed transitum, &  
temporali itinere decurso ad æterna trans-  
gressum. Hac firma consolatione se eri-  
gent omnes, quotquot hæc mors virginis  
p. d. afficit. Eam hodie h. duodecima in  
æde Marianæ tumulari curabit mœstissimus  
Parens uterq;. Apud veteres id observa-  
tum esse, memorix proditum est, ut pue-  
ros puellasq;, atq; etiam adultos, ubi vi-  
tam terminaverant, benè olentibus sertis  
ornarent, eorumq; monumenta floribus

&c.

& odorifero gramine conspergerent: for-  
tè, quod mortui vicissent aut superassent  
moriendi tempus, & ut vivi se ipsos com-  
monefacerent suæ vitæ, quæ instar florum  
citò decidit & marcescit. Nos quoq; fu-  
nus hoc, quod M A R G A R E T A E E L E R I A E  
hodie hora, quam diximus, 12. ducetur, no-  
stra præsentia condecorémus: nosq; com-  
monefaciamus, & nobis cum morte ali-  
quando colluctandum, & finem quotidie  
nobis imminere. Quod cùm sua sponte  
facturos Academiæ nostræ omnium ordi-  
num cives nobis polliceamur; tum ut fa-  
ciant, eos rogamus & hortamur. P. P. Ro-  
stochij sub sigillo Rectoratus nostri Kalen-  
dis Septembribus Anno 1625.

• 928



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn751427802/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751427802/phys_0013)

DFG








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn751427802/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751427802/phys_0016)



verecundia vita hīc degunt, sp  
nebulones, Alcinoīq; in cūte cura  
perata, juventus: cui pulchrum fui  
mire dies, & ad strepitum citharæ  
recuras. Inflictum autem esse  
timorum parentum morte hu  
ra gravissimum quoque vulni  
tamus, tantoque gravius pri  
hoc est recentius. Attamen  
gebunt, tanquam Ethnici.  
sunt cum D. Cypriano, pios a  
litatem morte transgredi: ne  
æternam succedere, nisi hin  
exire: nec esse exitum sed ti  
temporali itinere decurso ad a  
gressum. Hac firma consol  
gent omnes, quotquot hæc n  
p. d. afficit. Eam hodie h. d.  
æde Marianæ tumulari carabit  
Parens uterq;. Apud veteres  
tum esse, memoriæ proditum  
ros puellasq;, atq; etiam adu  
tam terminaverant, benè ole  
ornarent, eorumq; monume



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032